



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

154. An vxor Clerici Græci, vel Latini in Minoribus constituti gaudeat  
priuilegio fori in casu, quo eius vir gaudet? Et an supradicta vxor gaudeat  
hoc priuilegio fori etiam mortuo viro, donec alteri ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

indiuidualiter in puncto casus nostri, de Clerico Græco in minoribus, qui matrimonium contraxit in habitu laicali, docet gaudere priuilegio Canonis, sed qui gaudet priuilegio Canonis, gaudet priuilegio fori, vt tenet Suarez *contra Regem Anglia. lib. 4. c. 29. n. 7. Layman. in Theol. mor. lib. 4. tr. 9. c. 7. n. 1.* & me citato, doctissimus Ambrosius Marchin. Archiepiscopus Calaguritanus in *resol. pro iurisd. Ordinum militarium. tit. 4. n. 37.* ergo, &c. vide etiam Carolum de Grassis *esset. 1. n. 82.* & iterum Squillante *c. 7. n. 16.* afferentes ex Camillo de Curis, Clericos coniugatos Orientales, quos Græcos appellamus, gaudere priuilegio fori, etiam si Ecclesia non deseruiant, iuxta dispositionem Concilij Tridentini. Nec te terreat hoc vltimum; nam vt recte obseruat Baldellus *vbi supra* Græci non tenentur ad leges conditas in Concilijs generalibus pro Ecclesiasticis post factam separationem, vt est Concilium Tridentinum.

Et sup. hoc priuilegio canonis clerici Græci in minoribus in Ref. vlt. huius annot. & pro consequentia deducta in hoc textu cum eisdem DD. infr. in Refol. 163. §. Nota etiam prope finem, &c. & pro priuilegio fori in tot. tract. 2. Ref. 43. §. 1. & 2.

3. Restat modò respondere ad argumenta contraria superius adducta, & ad *cap. olim*, respondeo Græcos non posse vti matrimonio in sacris Ordinibus contracto, vt patet ex *canone 6. Trullano*, & obseruat Acugno in *Decreto Gratiani part. 1. distinct. 31. c. 12. num. 4.* Sanchez de *matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 28. n. 4.* Tannerus *tom. 4. disp. 7. quest. 4. dub. 2. num. 40.* Ochagavia de *sacram. Ordinis, tract. unico, quest. 10. n. 5.* Pontius de *matrim. lib. 7. cap. 23. num. 15.* Hurtado de *sacram. Ordinis, dist. 24. & 25.* Pelsantius in *addit. ad 3. part. quest. 40. disp. 3. concl. 3.* Layman. *lib. 3. tract. 9. c. 11. n. 9.* Præpositus in *3. p. D. Thomæ, de sacram. Ordinis quest. unica, dub. 21. num. 209.* & alij communiter. Vnde dum in citato *cap. cum olim*, & penes glossam, Honorium, & Bellettum, dicitur Orientales Clericos vti matrimonio in minoribus Ordinibus contracto, hoc, inquam, non dicitur, quia non possunt post initum matrimonium Ordines minores sumere, vt supra satis probatum est, ex praxi, & autoritate Doctorem; sed quia matrimonio in minoribus Ordinibus inito, vt quidem possunt, & ad sacros Ordines ascendere, non autem matrimonio, vt dictum est, in sacris Ordinibus contracto; nec obstat auctoritas Veneri, nam ex supradictis satis labefactata remanet, & Abbas quem ipse pro se adducit, nihil de hac re loquitur, vt legenti patebit.

4. Ad doctrinam verò Marcelli Vulpe, respondeo ipsum loqui de Clerico Latino, & ideo est dispar ratio; Latinus enim cum non possit coniugatus Ordines sacros suscipere, præsumitur minoribus Ordinibus initiari, post coniugium in fraudem laicalis iurisdictionis, vt ei non subiciatur, & ideo rectè à Summo Pontifice prohibetur non ordinari. Quæ quidè præsumptio non militat in Clerico Græco, qui post initum matrimonium si sumat Ordines minores, potest quandocumque voluerit adhuc sacros Ordines recipere, & vti matrimonio contracto. Vel melius respondendum est vno verbo, ex doctrina Baldelli, Azorij, & aliorum, prohibitiones Pontificias quoad Latinos, non extendi ad Græcos ex mente ipsorum Pontificum, non quia Græci non sint Romanæ Ecclesiæ subditi. Vnde ex his apparet nõ esse denegandũ priuilegiũ fori supradicto Clerico, de quo est questio.

## RESOL. CLXIV.

An vxor Clerici Græci, vel Latini in Minoribus cõstitui gaudeat priuilegio fori in casu, quo eius vir gaudet? Et an supra dicta vxor gaudeat priuilegio fori etiam mortuo viro, donec alteri nubat? Et an vxores vidua Equitum D. Iacobi, Alcantara, Calatrana, &c. etiam gaudeant exemptione gabellarum? Ex part. 3. tract. 1. Ref. 45.

§. 1. Negatiuè respondet Bonacina de *leg. disput. 1. nast. 3. punct. 8. §. 2. n. 9.* & ante illum Sanchez de *matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 47. num. 3.* cum alij penes ipsum, putant enim hoc priuilegium esse personale ratione ordinum, sicut, & Religionis ratione religionis.

2. Sed mihi contraria sententia placet, quantum tuentur Doctores, quos citant, & sequuntur Paulus Squillante *tract. de priuileg. cler. cap. 7. dub. 2. n. 34.* Bellettus in *d. Squil. cler. part. 1. tit. de favore clericorum reali, §. 1. n. 24.* Carolus de Grassis de *esset. cler. esset. 1. num. 155.* & ratio est, quia vxor ratione matrimonij sortitur forum viri, ex *l. cum quedam, ff. de iurisd. omnium iudic. vnde in dispositione quavis stricta, & concessa viro, censetur quoque vxori concedi, ex glossa in *cap. admonere, ver. part. 33. q. 2.* & hanc sententiam probabilem esse concedit ipsemet Sanchez *vbi supra*, & illam absolute tenet, præter Doctores citatos, ex Iurisconsultis Hispanis Auiles in *cap. prætorum proemio gloss. 1. n. 28.* & Perez *lib. 1. tit. 3. l. 1. fol. 57. d. vxor etiam Clerici.* vbi plus addit, nempe hoc priuilegio gaudere talem vxorem etiam mortuo viro, donec alteri nubat, quod etiam placuit Belletto *loco cit. n. 15.* quia dum vidualis vita durat, censetur in priori matrimonio esse, vide *l. filij, §. 1. ff. ad municip. & Socinum seniore conf. 12. num. 28. vol. 1.* & omnia supradicta videtur confirmare Barbosa de *potest. Episcop. part. 2. alleg. 13. num. 14.* vbi ex multis probat, vxores viduas Equitum D. Iacobi, Alcantara, etiam gaudere exemptione gabellarum, quod est valde notandum.*

## RESOL. CLV.

An vxores Clericorum coniugatorum gaudeant priuilegio fori? Et an non solum viuente viro, sed etiam mortuo, durante viduitate; ita vt vxor Clerici, qua commisit homicidium viro marito, vel durante viduitate, debeat conueniri coram Episcopo, non autem coram iudice seculari? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 41.

§. 1. Contra Bonacinam & Sanchez, quibus nunc addo Antonium de Marinis *quotidianarum resolut. cap. 58. num. 14.* Castrum Palatum *tom. 2. disp. unica, de immunit. Eccles. punct. 2. num. 10.* & Io. Andream in *cap. unic. de Cleric. coning. in 6.* docui affirmatiuam sententiam in *part. 3. tr. 1. resolut. 45.* quam scio cuidam Iurisperito displicuisse, sed immeritò; & ideo iterum illam doceo. Vnde, præter Squillante, Bellettum & de Grassis *vbi supra* citatos, tenet nouissimè hanc sententiam Ludouicus Correa in *relect. ad cap. inter alia, de immunitate Eccles. part. 2. num. 33.* vbi sic ait. Probabile est quòd vxores Clericorum eodem gaudeant foro, & probatur nostra resolutio ex *glossa prima in cap. eos, 32. dist. & cap. 2. 11. quest. 1.* confirmat hæc iura Abbas in *cap. 2. de iure compet. num. 9.* Felinus *ibidem num. 5.* nec non iure ciuili, secundum quod dicitur vxores sequi forum mariti; in *l. fin. C. de incolis*, vbi expressè hoc probatur, Ergo si vxores foro mariti adherent, non est cur hoc deficiat in Clericorum vxoribus. Ita ille, & Sanchez, qui docuit contrariam sententiam, docet etiam hanc nostram in *opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 3. num. 2.* vbi sic ait. \* Vxor Clerici coniugati gaudet etiam fori priuilegio, & hoc non tantum viuo marito, sed etiam eo mortuo, durante viduitate; quare vxor Clerici, quæ homicidium commisit viuo marito, vel durante viduitate, debet conueniri coram Episcopo, non autem coram iudice seculari. Ita Sanchez, qui citat

Sup. duabus primis dist. sic, postis in titulo huius Ref. in Ref. seq. & in Refol. 1. post seq. §. 2. & interius in tra. 3. Ref. 3. ad medium à verif. Et hæc, & in ex Ref. 3. de §. Nec valet, ante medium, & verif. Sic etiam, & in tom. 3. tr. 2. ex Ref. 43. §. 1. ad lin. 10.

Et pro hoc priuilegio vxoris mortuo viro à fine Refol. seq. & in Ref. 1. post seq. §. Probatur tertio, maxime in fine, & infra in Ref. 17. & pro conuentione ad lin. ante finem huius Ref. ibidem & in Refol. 163. vlt.

Que hic est Ref. amertens, & in alijs eius not. 1. pro hac questio.

\* Sup. hoc in Ref. præterita post modum §. 2. vbi vbi plus addit. & in Refol. seq. & probatur tertio, prope finem, & infra in Ref. 177.